



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

[1.] S. Odilo Abbas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

III.

AH! quousque Dei descendit humilitas? hodie obedit Deus, seque subjicit legi, circumcisus ut homo. Fili! aut Deo parere debemus, aut cupiditatibus, vel dæmoni. Quid eligimus? humiliant capita nostra superba S. Bernardi verba: *Disce homo obedire, disce terra subdi, disce pulvis obtemperare.*

Instructio meritoria.

Annum præsentem inchoet ab imitacione & humilitate Jesu. Offeramus Circumcisum Rosarium Dolorosum cum Cursu Mariano, repetitò sæpius suspiriò: *Jesu sanguinolente! tuus sum in hunc annum, & omnem vitam. Suscipe me secundum eloquium tuum, & vivam: Et non confundas me.*

Festum S. Odilonis Abbatis ex Ord. S. P. Benedicti Consolatoris præcipui animarum in purgatorio.

EXHORTATIUNCULA I.

AUxiliò, & suffragiis indigent fides, & inter flamas purgatorii dolorosæ animæ. Harum annuam com-

memo-

memorationem instituit S. Odilo, verè
Pater afflictorum. Fili ! post mortem
quid optabimus ? S. Odilonis institisse
pietati, & defunctis quotidie succurrisse.
Captivi sunt ! misereamur !

Instructio meritoria.

Inchoemus igitur cum novo anno, &
omni die vel à manè, vel ad noctem
Psalmum *Miserere cum De Profundis*
pro omnibus defunctis offeramus Deo;
imò singulis mensibus unum sacrificium,
vel sacramentalem Communio-
nem eis donemus, memores dicti à S.
Chrysostomo : *Gratis misericordiam*
pperatis, qui misericordiam non fecerit.

II.

Quid video ? parvulum Odilonem
omnibus membris captum repere
ad aram Mariæ. Infans invocat
Matrem, & sanitatem obtinet. O nos
incurios ! est tota mirabilis Virgo Ma-
ria : Et in necessitatibus hanc negligi-
mus, atque ad humana configimus
opera. Quid mirum, si fallamur con-
ceptâ spe ? sileat misericordiam tuam
(exclamat D. Bernardus) Virgo Beata !

si

si quis est, qui invocatam te in suis ne-
cessitatibus sibi meminerit defuisse.

Instructio meritoria.

Visitemus in Aris suis Mariam, eām-
que salutemus filiali illo hymno : *Ave
Maris Stella &c.* Fili ! tristamur, si
sine salutatione, aut aliō reverentiæ, ac
amoris signō transeatnur ab homine :
Quid ad nostram inurbanitatem, & in-
curiam Cœlorum Regina ? Mater sum :
Sed ubi honor meus ?

III.

Abbas Cluniaci factus quām Sanctif-
simus fune, super collum injectō,
quotidie se Deo, & Mariae devovit in
perpetua charitatis, & humilitatis obse-
quia. Fili ! hunc funem, hanc charita-
tem quandiu jam expectat à nobis cœ-
lum ? utinam traheremur in funiculo S.
Odilonis ! utinam & exemplis aliorum
Dei famulorum ! Deus si nostra non ra-
piat corda : Quid ergo ?

Instructio meritoria.

Procuremus pietati nostræ ejusmodi
amoris funiculum, & si non quotidie an-
te cubitum, saltem nobis injiciamus so-
lemnio-

166 V. Januarii. S. Eduardi.

lemnioribus Festis Domini , & Mariæ
formulāmque addamus aut sodalitiam
aut Religiosam , seu sacræ Professionis.
Dilecte ! interrogat de fructu ? audie-
mus : Dimituntur ei peccata , quia di-
lexit multum.

Festum S. Eduardi Angliæ
Regis.

EXHORTATIUNCULA I.

Hic Rex , hic Princeps est , qui pau-
peres , ac infirmos suis regalibus
excepit humeris , ut eorum providè suc-
curreret necessitatibus. O fili ! Reges
pro Deo , pro virtute , & gratiæ merito
ita se humiliant : Quid nobis agendum
certè palea minima amore Dei , vel pro-
ximi sublata de terra plūs valet in cœlo ,
quàm universa mundi vanitas. Quid
enim in oculis Domini fortitudo Alexan-
dri ? quid Majestas Cæsaris ? quid Cice-
ronis eloquentia ? *In nihilum computa-
bitur* , ait Salomon. Qualis veritas ?

Instruclio meritoria.

Amemus igitur opera virtutum. Hæc
sola in cœlo pretiosa est. Ut verò the-
sauros